



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Bertvlphvx Conf. 5. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

fuit ad cruceſ currentium certamen,
eadem è crucis cathedrâ conciones,
una morientium vox Ieſum ac Mariam
inclamantium, quæ cùm à Chriſtianiſ
aſtantibus redderetur, non potuit ju-
cundior Dei auribus Echo accidere.
Victoribus VRBANVS VIII. Pontifex
triumphum decrevit, & Beatos pro-
nunciavit. *Ex Ioann. Hayo.*

S. BERTVLPHVS CONF.

5. Februarii.

Divo BERTVLPHO vitâ dedit Ger-
mania, Gallia fidem ſanam. Hâc
& iuuentæ omnibus ornamentiſ cul-
tiſſimus adoleſcens facilè in Comitibſ
Wamberti amicitiam, tum deinde fa-
miliam, denique filium eſt cooptatus.
Mox cùm omnia unus adminiſtraret,
quò rem familiarem augeter, non pau-
ca iſ, qui cum ſcœnore olim redderent,
miſeris dedit. Et profectò quò plura
in hoſ diſpenſabat foris, hoc ampliùſ
domi opes creſcebant. Neq; id Herum
Comitem piſſimum latebat, ſed tamen
aureſ huius obſidebant obtrectatores,
qui etiã hodie in auliſ, quidquid ac-
cedere pauperibſ vident, ſibi putant
decedere. Et fortè foras prodire ad
Numularioſ ſuoſ BERTVLPHVS
properabat vino & pane oneratus,
cùm obuiſ rogat Heruſ quid re-
ſum gerat? Aquam, ait ille, & ligna,
ſimul

simul (Superis piam fraudem iuvantibus) pallio revolutò aquam monstrat & ligna. Alio item ostento virtutem BER TVLPHI DEVS prodidit. Româ, quò religionis causâ cum conjugè iverat, reducem comitem exceperat, utquè sua famulis fatigatis à viâ quies esset, ipse ad pascua equos egerat, custos id noctis futurus. Verùm cùm ingentes cælo imbres ruerent, missus qui BER TVLPHV M domum revocaret puer primò, ipse deinde Wambertus evocatus ad miraculum spectavit miræ magnitudinis aquilam supra caput BER TVLPHI pendere, & aquas arcere, ponè verò à cælo luculentam facem ministrari, ad quam otiosus ille scilicet librum nescio quem legebat. Atque ad hoc denique lumen perspicere viri virtutem sese etiam invidia falsa est. *Ex Surio.*

S. GELASIVS C. 5. Februarii.

GELASIVM habes, sed unâ OPIGLIVM fratrem, pietate ita germanos, ut ex eodem ovo prognatos dicere posses, si non utrumque per nos liceret spectare. Vtrumque igitur Placentia genuit, utrumque extulit, hodiequè etiam velut lucidissimum cæli sidus, & morbidis propitium suspicit. Et OPIGLIVM in cælo lucere quid mirū, quando in cælum inter preces oculo, animo abire,